



De condictionum speciebus tribus, condictione causa data, causa non secuta, ob turpem vel injustam causam, et sine causa, propositiones,

<https://hdl.handle.net/1874/423698>

D E C O N D I -
C T I O N V M S P E C I E B V S
T R I B V S : C O N D I C T I O N E C A V -
S A D A T A : C A V S A N O N S E C V T A ,
O B T V R P E M V E L I N I V S T A M
C A V S A M : E T S I N E C A V -
S A , P R O P O S I -
T I O N E S :

Ad quas,

*Diuina Diuini Numinis fa-
uente gratia,*

P R A E S I D E C L A R I S -
S I M O A T Q V E C O N S U L T I S .
S I M O V I R O D . M A T T H A E O E N T Z -
l i n o i . v . d . p r e f a n t i s s i m o , & i n c l e b e r r i m a T u b i n g e n s i A c a d e -
m i a L L . P r o f e s s o r i o r d i n a r i o , p r æ c e p t o r e s u o d e b i t a o b s e r u a n t i a
c o l e n d o , p r o i n g e n i j v i r i b u s , a d 16 . D e c e m b r i s , e x e r c i t i j g r a -
t i a , h o r a & l o c o c o n f u e t i s r e s p o n d e r e
c o n a b i t u r :

V I T V S B R E I T S C H V V E R T
B A C K N A N G E N S I S .

• S S •



T U B I N G A E , a p u d G e o r g i u m G r u p p e n -
b a c h i u m , A n n o 1586.

提要錄卷之二

DE CONDI-

CTIONVM SPECIEBVS

TRIBVS : CONDICTIO N E C A V-
S A D A T A : C A V S A N O N S E C V T A ,
O B T V R P E M V E L I N I V S T A M
C A V S A M : E T S I N E
C A V S A .

DE CONDICTIO- ne causa data.

Propositio I.

 MNE quod datur, aut ob rem datur, aut ob cau-
sam: ob rem, aut honestam aut turpem: ob rem
honestam datum repeti quomodo possit, videa-
mus primò: quomodo ob turpem, deinceps.

2.

Condicio causa data, causa non secuta ciuilis est, & in per-
sonam competit: ita nimrium, si ob rem honestam datum quid-
sit, res vero vel causa viciuum non sequatur: veluti, si pecu-
nia detur, ut filius emancipetur: ut seruus manumittatur: ut
a lite discedatur.

3.

Id quod naturalem equitatem continet: contra naturam
enim est, alterum alterius damno locupletari.

4.

Vt verò hæc condicio locum habeat, dominium in accipi-
entem transferri oportet: alias non hac, sed rei vendicatione
datum repetetur.

5.
Causa etiam ut adiiciatur necessarium est, vel expresse,
vel ita, ut ex certis coniecturis colligi ea possit.

6.

Interdum, licet ab utraque parte, causa sit secuta, datum
nihilominus recte condicetur, si videlicet ob falsam causam
datum sit.

7.

Quare si pecuniam liber homo, qui mihi bona fide serue-
bat, dederit, ut eum manumittam, licet manumiserim, liber
tamen postea probatus si fuerit, pecuniam nihilominus con-
dicet.

8.

Quaratione & is, qui cum se statu liberum esse putaret,
libertas tamen ei pure relict a esset, decem dederit, cum iussus
non sit dare, recte datum condicet.

9.

Si heres sub conditione institutus, conditionis implenda
gratia quid dederit, & postea vel repudiet hereditatem, vel
testamentum pronuncietur inofficium aut falsum, datum
repeti potest.

10.

Nihil verò refert, si ures mobilis sit, siue immobilis (in-
terdum enim & in ipsis conditione locum habet) dummodo cer-
ta sit: Certi enim conditionis speciem hanc esse constat.

II.

Eaque non solum in contractibus innominatis: sed & re-
rum permutationibus & nominatis, si paenitere liceat, locum
habet.

12.

Quod in contractibus innominatis hactenus verum est,
nisi in ipsis species (facio ut des, velfacio ut facias) versetur.

In ac-

13.

In acceptilatione tamen, licet factum contineat, aliter receptum est: si enim quis accepto tulerit debitori suo, ea lege ut expromissorem daret, nec ille det, condicet ei, qui accepto sit liberatus, dici potest.

14.

Si mulier ei cui nuptura erat, cum dotem dare vellet pecuniam, quae sibi debebatur, acceptam fecit, neque nuptia insecuta sunt, recte pecunia condicetur.

15.

An autem in beneficiorum permutatione hæc condicatio locum habeat, questionis est? Et locum habere verius videretur.

16.

Dedi tibi pecuniam, ut mihi Stichum dares, quodnam genus conuentionis sit, & te cessante, dare an pecuniam condicere possum queritur? Et aliam obligationem, quam ob rem dati, re non secuta, non esse, ideoque condicere me posse traditum extat.

17.

Dotis nomine promissum, vel datum ijs personis, quæ iustam etatem nondum habent, donec in eodem habitu matrimony permanent, non repetitur.

18.

Si donaturus mulieri, iussu eius sponsō numerant, nec nuptiae secutæ sunt, mulier condicet. Sed si pecuniam in hoc dedi, ut si nuptiae secutæ essent, mulieri dos acquireretur, si non essent, mihi redderetur, quasi ob rem datur, eoq; re non secuta, ego à sponso condicam.

19.

Vt & is, qui cum se debere mulieri existimauit, cum non deberet, iussu eijs dotis nomine promisit & soluit, nuptijs non secutis, muliere exclusa, recte condicet.

20.

Dedit tibi pecuniam, ut Capuam eas, si parato tibi ad proficendum, conditio temporis vel valetudinis sit impedimento, ex capite pœnitentiae repetere me posse, certum est.

21.

Quod si tamen sumptus & impensis ad profectionem necessarias feceris, earum ratio habebitur, ut si datum aequaliter, conditio cesseret.

22.

Illud etiam quæsumus est: utrum re promissa oblata, conditio locum nihilominus habeat? Nos aientem sententiam veriorem esse putamus.

23.

Dubitatur etiam penes quem in hac actione periculum sit? Et penes debentem regulariter esse concludimus.

24.

Datur possessione insuper hec codicilium fratri, qui quasi agnitus honorum fratri contulit, si non agnoscit: ei qui causa mortis donauit, si coualuerit: cui de euictione caueri recusat: cui alienum quid datum est: ut & in procuratorem falsum dominorum non habente, et cum qui rem donatam cum pacto non alienandi alienat.

25.

Et tandem heredi & in heredem: non tantum ad res ipsas, sed & fructus & accessiones repetendas.

26.

Cessat autem hec conditio, si aliud actum sit inter partes: si transactio interposita: si 30. annorum spacium effluxerit: si quis dederit, cum remunerari se putaret, vel quod amicorrem quem sibi futurum existimaret: alijsq. modis, quibus actiones personales extingui solent.

DE

DE CONDICTIO^NE ob turpem causam.

27.

CONDICTI O N I S ob turpem causam species sunt tres: aut enim ita datur, ut dantis sit turpi uido, non accipientis: aut accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut utriusque.

28.

Si dantis solitus veretur turpitudo, nulla competit repetitio.

29.

Et ita quidem, ut promissum non possit exigi, causa turpis etiam licet sit secuta.

30.

Quaritur, numne turpes stipulationes sint ipso iure nullae, an verò per exceptionem elidende? Et ipso iure nullas esse censemus.

31.

Quod si accipientis solitus veretur turpitudo, non solum promissum non exigi, sed & datum repeti potest.

32.

Vtputa si dedi, ne sacrilegium facias, ne furtum, ne hominem occidas: Item si dedi, ut rem mihi reddas depositam, aut secundum me in bona causa indices.

33.

Quo tamen casu constitutum est, ut is litem perdat, qui diffidentia iusta causa, in pecuniae corruptela spem negocie reponit.

34.

Si indicium dedero, ut fugituum meum indices: ut furem rerum mearum: non poterit repeti, quod datum est.

35.

Iure tamen Canonicō furem indicare cogor: item si index inquirat, vel grauius aliquod sit crimen.

36.

Quod si à fugitiuo meo acceperis ne cum indicares, condicere tibi hoc quasi furi posim: vel si ipse fur indicium à me accepit, vel furis, vel fugitiui socij condicō adhuc locum habet.

37.

Item si vestimenta utenda tibi commoda uero: deinde precium ut reciperem dedisse: condicō recte agam.

38.

Id etiam quod Tyrocinij euitandi gratia dedi, legitimè repeto.

39.

CAETERVM, ubi dantis & accipientis versatur turpitude, datum non posse repeti dicimus: veluti si pecunia detur, ut male iudicetur: ut stuprum vel lenocinium committatur: ut deprehēnsus in flagitio dimittatur: quod verum est, nisi iusto mortis metu se redemerit.

40.

Generaliter quoque verum est; ex iniusta causa datum repeti posse: veluti, id quod ex stipulatione per vim extorta solutum est.

41.

Competit hęc condicō heredibus non turpiter dantis in heredes turpiter accipientis: ad fructus & accessiones, non etiam usurias repetendas.

42.

Concurrit nonnunquam cum actionibus bonæ fidei: nonnunquam condicione furtiva: quandoq; etiam cum actione criminali.

Ex-

43.

*Expirat, prout cetera condictiones, 30. annorum spacio:
non infamat: opinionem tamen turpiter accipientis gra-
uat.*

D E C O N D I C T I O = n e s i n e c a u s a .

44.

*E S T & h e c s p e c i e s , v t p o t e g e n e r a l i s , c o n d i c t i o n i s , s i q u i s s i-
n e c a u s a p r o m i s e r i t , q u e q u i d e m c o n d i c t i o l a t i f i s m e p a-
t e t . N a m s i u e q u i s s i n e c a u s a p r o m i s e r i t , s i u e s o l u e r i t i n d e b i-
t u m : r e c t e c o n d i c t i o n i s i n e c a u s a l o c u m e s s e d i c e m u s .*

45.

*D i f f e r t v e r o à c o n d i c t i o n e i n d e b i t i , q u ò d i n i l l a s o l a q u a n-
t i t a s , h i c a u t e m & o b l i g a t i o c o n d i c a t u r .*

46.

*E s t a u t e m h e c c o n d i c t i o c i u l i s , n a t u r a l e m e q u i t a t e m c o n-
t i n e n s , d i r e c t a & v i t i l i s i n p e r s o n a m , p r i u a t a & r e i p e r s e c u-
t o r i a , c o m p e t e n s , s i n u l l a a l i a e x s p e c i a l i b u s l o c u m h a b e a t , v e l
q u a e x i l l i s c o m p e t e n s d e t u r , p r o b a b i l i t e r d u b i t a r i p o t e s t .*

47.

*E s t g e i l o c u s , q u o t i e s o b c a u s a p r o m i s i t q u i s , c a u s a t a m e n
s e c u t a n o n e s t : v i b i e n i m e x a l t e r a p a r t e s e c u t a e s t c a u s a , s o l e t
a g i c o n d i c t i o n e c a u s a d a t a : c u m v e r o p r o m i s s u m t a n t u m , h e c
g e n e r a l i c o n d i c t i o n e v t i m u r .*

48.

*C o n d i c i t u r & i d q u o q u e h a t a c t i o n e , q u o d e x c a u s a a d a l i-
q u e m p e r u e n i t , c a u s a t a m e n h a b e t u r p r o n u l l a , v e l r e d i t a d n o-
i s t a m c a u s a m , a u t o b i m p e d i m e n t u m i u r i s s e q u i n o n p o t e s t .*

49.

Quare si fullo vestimenta lauanda conduxit: deinde amissis eis domino precium ex locato conuentus prestito rit, postea que dominus inuenierit vestimenta, tam ex locato agere eum, quam condicere posse constat.

50.

Dissoluta quantitatis instrumentum hac conditione repeti posse, non est ambigui iuris.

51.

Similiter si quid dotis nomine datum est, nuptijs propter iuris prohibitionem non securis, huic conditioni locus erit.

52.

In hac etiam specie si mulier, quae fundum in dote habebat, post diuortium in matrimonium rediens, pacta sit cum viro, uti decem in dotem acciperet, & fundum sibi restitueret, ac datis decem, priusquam fundus ei restitueretur in matrimonio decebat: ex bona fide est, ut fundus, quasi sine causa apud maritum sit, condicatur.

53.

Consequitur etiam quis hac conditione, ut stipulatione in totum liberetur, si planè nil debuit, aut ex parte ea saltem qua fuit obligatus.

54.

An tandem conditio haec contra sententiam intendi possit, varie disputatur? Nobis negativa sententia verior videtur.

COR O-

1.

CORONIDIS loco communem illam Dd. opinionem,
existimantium iustum ignorantiam à prescriptione tem-
poris longissimi excusari, satis aquam esse censemus. Attamen
nonissimus Impp. rescriptis, contrarium probari, disputationis
gratiâ statuimus.

2.

Ex articulo, facio ut des, non minus quam ex ceteris actioni-
nem prescriptis verbis oriri, dici potest.

3.

Fauorem libertatis non impedire conditionem causa data
causa non secuta existimamus.

F I N I S.

OCN 68511540

etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**
- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**
- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**
- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**
- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**
- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**


- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**
- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**


- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**
- etiam in dicitur. Et nulli intercessus est. **LEADER**

LEADER

gleda e' r'io ne vno de appo de cosa
Ricohar libanum sacerdoti n'ha uita

Vi a' r'ieno e' o no n'ha uita n'ha n'ha
os que solle' uinai' d'ri' e' ad u'ci' r'ead'





beginning to the chapter of the v

¶. Audi psalms me omni spall. legre
te spiritu et restringere et. i. ero de te m
et inde si legre in chiu fuit g'li "fuis".
¶. Si misericordie sue dicitur et q. dicitur
legre credo. ¶. uero h'p'ps' credo alacross
u'nd' erit in te + illa c'ra n'li u'artu
erit dicitur deorum pat'li. u'c'ra t'li
t'li quis e' reag. u'crinag. u'c'ra adorat
aleam. u'li credo. ¶. u'li credo u'admirab
oles. ¶. Credo ut credam tuus q' domine et cred
scit p'p'lo d'vinitate ut u'ntulo credo. p'p'li
dii tui usq' q're credunt et t'li egredi.
ob tuu' ad p'p'li p'p'li u'li credo id u
tuu' n'li me s'li d'vinitate cog'nu' et u'li credo
u'li credo ei credo et u'li credo id u'li u'li credo

